



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Montææ
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Gloriæ cupiditas victa. 28

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

XXVIII. Gloriæ cupiditas victa.

Secundùm hæc, aggressus est gloriae cupidinem pro virili retundere; motum animi potentem, & quem dubium sit, blandiorem ne dicas, an sentias pertinaciorẽ; certè, qui omnium affectuum, vt veteres censuere, nouissimus exuatur. Huic expugnando, tales admouit arietes, vt intra paucos dies, sui despicientiam apud omnes, non ferre modo fortiter, sed prouocare etiam, atque aded ambire insuerit. Inde extenuare sua plerumque & sæpè pauperem se ipse in colloquijs dicere. Idque cum verè persuasum alijs esse videret, impendio lætior, totus triumphare: tum porro si fortè pro deridiculo in circulis traduceretur, auscultare vltro, suisque inu-

ini
qu
lau
rie
qu
for
ma
ad
cin
ter
for
du
du
spi
lit
&
me
ali

S
de

VBALDINI. 63

iniurijs applaudere libentius,
quam alius, si ambitiosissime
laudaretur. Ac ne deesset mate-
ries, à qua ludos se ipse faceret;
quoties capilli excreuerant, ton-
fore utebatur inæquali; cùm hoc
mandato; vt strictim vsque, &
ad cutim; datâque opera incon-
cinnè, rusticèque attonderet. In-
terdum ipse, non expectato ton-
foris officio, occupauit propen-
dulos crines, deformem in mo-
dum adurere; aut quâ parte con-
spicui omnibus erant, inæqua-
liter, ad sui ludibrium tondere,
& cum hoc formæ dehonestâ-
mento, in publicum ridendus
alijs prodire;

XXIX. *Laus extenuata.*

SEc hæc virtutum documenta
quanquam insignia, non eo-
dem omnium sensu accepta.

Qui-